Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

in omnibus. & sicut per ypbe
tam dicitur: leticia sempiter
na erit eis. Dedicationes ecclesiarum ex more ueterum celebrantur. unde dicitur: factaest encenia in ierosolimis id est festiuitates ecclesie dedicationis. Grece enim chenon nouum dicitur: & quando cumq; aliquid nouum dicatur: encenia uocatur: Hac quod reliquie sancte noctem diem dedicationis precedentem in feretro custodiuntur: quod demonstrat: nisi quod area cui sciscque erat ante edificationem templi in tabernaculo moysi per cubitus leuitarum seruabat: Quod autem per sacerdotes deferentorio ad templum feretrum cum reliquis deferunt. hinc in paralipemenon legitur: & utulerunt eam sacerdotes in locum suum id est oraculi. Qui uero pontifex cum ceteris laudes. & letanias cum eis. ter circuit templum antequam illud ingrediatur: significat. quia ad uentu dni et sanctorum eius. qui fit per innocationem nominis eius omnis superbia & uirtus diaboli sicut

in domo latebat dissipabitur: & in iesu nave legitur: iericho factum. Duodenaria namq; lumnaria parietibus impressa duodenorum apostolorum & patriarcharum ex primum numerum. quem iohannes in celestis ierusalem edificio insignem esse commemorat. Altare ungitur crysmate ad uirtutem iacob qui erectum lapidem oleo perfudit uocauit locum dei. Legitur q; in exodo tabernaculum & eius utensilia arcaq; sacro cuncta perunctaque oleo. nec non & aaron cum filiis omnis enim sanctificatio constat in spu sco. Quod uero a pontifice incensum altari super ponitur pura debere fieri oratio sacerdotis designatur: Unde dicit. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Subtus tabulam altaris reliquie sancte imponuntur: quasi sub throno dei requiescere creditur: Unde & iohannes. Vidi inquit subtus altare animas sanctorum interfectorum. Perfecta dedicatione templi altaris induit se pontifex cler